

CUM

VIR CELEBERRIMUS
VIRTUTISQVE, SAPIENTIAE, ET OMNIGENAE
DOCTRINAE FAMA PER ORBEM LITERATUM INCLYTUS

**DN. CHRISTIANUS
WEISIUS,**

GYMNASII ZITTAVIENSIS RECTOR
GRAVISSIMUS,

ANNO MDC XCV. MENSE MARTIO

AEDES NESENIANAS

IPSI GYMNASIO CONTIGUAS
EX NOBILISSIMAE CONJUGIS HAEREDITATE
POSSIDENDAS SUMERET

ET

FESTIVIS NUPTIIS

MULLERO-NESENIANIS

RARO FELICITATIS EXEMPLO

INAUGURARETUR,

NOVO AEDIUM POSSESSORI,

*SUO QVONDAM PRAECEPTORI ACHOSPITI
AD CINERES DEVENERANDO*

IMPENSISIME GRATULATUR,

MERITIS

WEISIO - NESENIANIS

AETERNUM DEVINCTUS

JO. GEORG. NEUMANNUS,
SS. THEOL. D. E JUSDEMQUE PROF. PUBL.

ALUMN. ELECT. EPHORUS ET BIBLIOTHECARIUS IN

ACADEMIA WITTENBERGENSI.

WITTENBERGAE,

Typis CHRISTIANI KREUSIGII, Acad. Typogr.



EISI, Castalii Nomen Vene-
rabile Pindi,

Splendida quem dudum
fama per astra vehit.

Dic mihi, tam grandes cur nunc con-
cedis in ædes,

Amplaque tam patulo limine tecta
subis?

An, quia Divorum domus hæc & sella
Virorum,

Credis in antiqua sede habitare
Deos?

An civis demum Leges & jura ca-
pessis,

Quo tamen haud civis clarior esse
potest?

Moribus an Patriis madidum Φ . scri-
bere disces,

Cui Latium & penitus Græcia tota
subest?

Quo Ductore rudis populus, quo
Vindice pridem

Barbaries cœpit displicuisse sibi.

Quem

Quem juvenes grandesque suum co-
luere Magistrum,
Quo duce Palladiæ floruit artis ho-
nos.

Quid tandem? Emeritum tua Te Res-
publica dixit,
Ac rude donandum censuit esse ca-
put.

Non animo fractus, nimis nec præ-
gravis annis;

Sed debes meritis otia grata Tuis.
Omnis terra Tuos memorat celebrat-
que labores,

Quovis discipulos conspicias orbe
Tuos.

Curia, templa, lares Tibi velificantur
& Aulæ,

A Te, quæ spargit, verba Profes-
sor habet.

Tu quoque, quod celebris, certe, quod
docta vocaris,

Huic etiam debes, Zittava terra,
Viro.

Hinc

Hinc tam tranquillas indulget Curia
sedes,

Et merito Sponsis Festa Hymenæa
parat.

Ipsæ Leucorides, Prisci quæ fata NE-
SENI

Deflent, nunc Stirpis Gaudia festa
canunt.

CLARE VIR, his tectis habita: foecunda
Nepotum

Prodeat hoc ipso tegmine Poste-
ritas.

Hic priscos inter solatia quære Pe-
nates,

Cantibus hic Orpheus tempora falle
novis.

Scribite Sculptores: TANTO HIC HABI-
TANTE COLONO,

GYMNASIUM MORUM EST NESENIANA
DOMUS!

